



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

29. De Gøestis statuum D. Antonij inuadentibus, & diuina eorundem  
vindicta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

D. Lindanus. Mirum verò est, istud hominum genus, toties ac tam variis modis diuinitus corripi, miraculis terreri, flagellis conteri, vindictis cælestibus puniri, nec tamen eruditi, vt errorum suorum vesaniam & impietatem agnoscere ac respiscere sustineant! Vtinam vel cum brutis asinis discant ea cauere, in qua toties infeliciter impegerunt.

*D. V. V. libel. Lindanus lib. 2. de fugiendis idolis cap. 1.*

*Item Apologetici ad Germanos Tom. 2. cap. 11. De Gæsijs stauam D. Antonij inuadentibus, & diuinæ eorundem vindictæ.*

## CAP. XXIX.

**A**Nno illo Gæsiaco 1566 cùm per Belgiam passim iconoclastæ in venerandas sanctorum imagines defæuissent, Busciducis accidit, quosdam D. Antonij imaginem concidere, vt incendio via publica abolerent. Verùm quid accidit, non sanè impunè tulere impij: euestigiò namque illa peste, quam D. Antonij iam olim appellamus Christiani (quod illi depellendæ sint eius, apud Deum pij experti sæpe Patronum) corripuntur, totoque vtriusque corpore instar granerum piperis, pestilens ille ignis ebullit: domum sese recipiunt infelices, quorum plaga focij deterriti, rogam deserunt trepidi. Tam atroci atque voraci consumebatur miseri totum per corpus incendio, vt postridie impiam efflariint animam, & funesta reliquerint cadauera variorum colorum

Q rum



370 COLLATION. SACRAR.  
rum stigmatibus, ceruleis, parafinis atque insig-  
nita. Istud tam est tota vicinia notum, ut plu-  
mos huius rei non solum audierimus con-  
diter historiam ad vivum depingentes, additis  
etiam tam sacrilegorum, quam familiarum no-  
minibus: sed publici etiam viderimus Notarii  
fide non indigni neque obscuri testimonium.

*D. VVilhel. Lindanus lib. 2. cap. 1. de fugiendis idolis,  
De tribus militibus Hugonotis, qui stant ad Antonij  
inuadentes horrenda morte perierunt: tertium ve-  
ro precibus circumstantiâ adiutus, cū totum terris  
febre aestuaret, tandem peracto sacrificio et adhibita  
aqua benedicta, sibi restitutus errorē suum agnouit.*

CAP. XXX.

**A**Nno 76. in Gallijs vsu venisse scribunt,  
cuius talem historiam Parisiis impressam  
vidimus, quæ hic ruditer est transfusa.

Anno Domini 1576. 21. Iulij, dum Dux A-  
lensonius frater regis Franciæ esset in vico Ca-  
stillon, & excubiæ pedestrium copiarum in  
villa, quæ dicitur Soulei, à dicta ciuitate vno  
plus minus miliari distante, agerentur, tres  
militēs malè feriati deprehenderunt præso-  
bus imaginem B. Antonij in petra erectam,  
ac post multa scandala, ludibria & disteria in  
eam congesta, caput quidem imaginis galeæ  
manus verò armarunt halberdia, talia cum  
exsecratis blasphemis euomentes, Tu, si quis  
vales, si qua tibi potestas, in presentiarum num-  
tam demonstra cōtra nos, ac te defende. Quo  
dicto